UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio Nona.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

ſnueniebatur adiutor ſimilis
eius. dixit quoqꝫ deus Faci.
U nde effectū ē Lectio ſexta
vt contēnēdo mortē incideret
qui obediendo viuere potuiſ-
ſet. Vñ p̄rātem conceſſā dum
in cōtemptū ꝑtulit ⁊ vite pri-
uilegiū ꝑdidit. Et tñ creatu-
ra adhuc eius ſeruat imperiū
licet ipe creatori ſuū denega-
rit obſequium. Unde apparet
q̄d ſue felicitati detraxerit cuꝫ
peccatoꝝ merita eius ſtatum
adhuc mutare nō poſſint. Tu
℟. Immiſit domin⁹ ſoporeꝫ
in adam: ⁊ tulit vnā de coſtis
eius: ⁊ edificauit coſtā quam
tulerat dñs de adam in muli
erem. ⁊ adduxit eū ad adā vt
videret quid vocaret eam Et
vocauit nomen eius virago:
qꝛ de viro ſuo ſumpta eſt. ℣.
Hoc nunc os ex oſſib⁊ meis;
⁊ caro de carne mea Et Gla.
Et. In tertio noc. añ. Ite et
vos in vineā meā ⁊ quod iu-
ſtum fuerit dabo vobis. pš.
Celi enarrāt. añ. Uoca ope
rarios ⁊ redde illis mercedeꝫ
ſuā dicit dominus. pš. Exau
diat. añ. Tolle qđ tuū ē ⁊ va
de qꝛ ego bonus ſū dicit dñs.
pš. Dñe in virtu. ℣. Ego di-
xi dñe. Scđm Matheum.
I N illo tpe: Dixit ieſus
diſcipulis ſuis Simile
eſt regnum celorum homi pa
trifamilias qui exijt p̄mo ma
ne conducere operarios in vine
am ſuā Et reliqua. Omelia
I n explanatōne beati grego.
ſua multa ad loquēdū ſancti
euangelij lectio poſtulat quā
volo ſi poſſuꝫ ſub breuitate ꝑ
ſtringere ne nos et extenſa pro
ceſſio et prolixa expoſitio vi-
deatur onerare. Regnum ce-
lorum patrifamilias ſimle di
citur qui ad excolendam vine
am ſuā operarios conduxit T.
℟ Dum deambularet dñs i
paradiſo ad auram poſt meri
diem clamauit et dixit adam
vbi es: audiui domine vocem
tuā et abſcondi me. ℣. Dñe
audiui auditōeꝫ tuā ⁊ timui.
Q uis vero patrifa- Le. vij
milias ſimilitudinē rectius te
net q̄ꝫ conditor noſter q̄ regit
quos condidit ⁊ electos ſuos
ſic in mōdo hoc poſſidet quaſi
ſubiectos dñs i domo q̄ habꝫ
vnicā vniuerſā ſcꝫ eccleſiam q̄
ab abel iuſto vſqꝫ ad vltimū
electum qui in fine mōi naſci
turus eſt quot ſanctos ꝑtulit
quaſi tot palmites miſit. T.
℟ In ſudore vultus tui ve-
ſceris pane tuo dixit dñs ad
adam cū operatus fueris ter
ram. Non dabit fructus ſuos
ſed ſpinas ⁊ tribulos germia
bit tibi. ℣. Pro eo q̄ obedi-
ſti vocis vxoris tue pl⁹ q̄ꝫ mee
maledicta terra in opere tuo.
Non dabit. Lectio Nona.

Hic itaqz paterfamilias ad
excolendam vineam ſuã ma/
ne hora tertia ſexta nona z vn
decima operarios conducit: qz
a mõdi h[9] initio vſqz i finẽ ad
erudiendam plebem fideliuz
predicatores congregare non
deſiſtit. Mane eteni mũdi fu
it ab adam vſqz ad Noe. Ho
ra vero tertia a Noe vſqz ad
abraham. Sexta quoqz ab a
braham vſqz ad moyſen. No
na aũt a moyſe vſqz ad aduẽ
tum dñi. Undecima vero ab
aduentu dñi vſqz ad finẽ mũ
di in qua predicatores sancti
apoſtoli miſſi ſũt q̃ mercedez
plenam z tarde venientes ac/
ceperunt. Tu autem domine
miſerere nob. ℟ Ecce adam
quaſi vnus ex nobis factus
eſt ſciens bonum z malũ. Ui
dete ne forte ſumat de ligno
vite et viuat i eternũ. ℣. Che
rubin z flammeum gladium
atqz verſatilem ad cuſtodien
dam viam ligni vite Uidete
Gloria Uidete. Te deũ lau
damus non dicit vſqz ad pa
ſca niſi de ſanctis feſtiue offici
um diceretur. ſed loco eius re
petitur nonum ℟. non tamen
repetitur tertium ℟. feriatis
diebus. Ad laudes añ. Mi/
ſerere mei de[9] z a delicto meo
munda me quia tibi ſoli pec/
caui. ps. Miſerere. añ. Cõ/
fitebor tibi dñe qm exaudiſti
me. ps. Cõfitemini quod ha
betur in primis dominicali/
bus. Añ. Deus deus meus
añ. Benedictus es in firma/
mento celi z laudabilis in ſe/
cula deus noſter. ps. Bñdi/
cite. añ. Laudate dominum
de celis. ps. Laudate Nota
iſti pſalmi ſic dicũtur in lau/
dibus dominicalib[9] vſqz ad
paſca niſi de ſancto cantaret
hymnus Ecce iã noctis. Ca
pitulũ et collecta vt s̃ in vs.
℣. In matutinis domie Su
per bñd añ. Simile ẽ regnũ ce/
loꝝ homi patrifamilias q̃ ex/
ijt primo mane cõducere ope/
rarios in vineã ſuã dicit dñs.
Nulla ſuffragia niſi de dña
ſi fuerit ante feſtum purifica/
tionis. Ad primam ſicut huc
vſqz dominicis diebus excep
to q loco ps Confitemini di/
citur ps Dominus regnauit
decorem. Ad tertiam añ Ite
z vos vt s̃ in tertio noct. Ca
pitulum z collectã vt s̃. ℟. In
clina cor meum. ℣. Ego dixi.
Ad ſextaz antipha Uoca o/
perarios z redde illis merce/
dem ſuam dicit domin[9] Ca
pitulum et collecta vt s̃. ℟.
In eternum domine. ℣. Do
minus regnauit. Ad nonam
aña. Tolle quod tuum eſt vt
ſup. Capitulum z collecta vt
ſupra. ℟. Clamaui. ℣. Can/
tate. Nota q hec antiph ec...

Capitulum et collec. ad ho/
ras per totam ebdomadam
ſeruantur dum de feria canta
tur cum ℟ feriali. Nota etiã
ꝙ ſanctoꝝ commemoratões
tam feſtiue ꝙ feriales ſeruan/
tur vbi occurrunt vſqꝫ ad qua
drageſimam. In ſecundis ve
ſperis pſalmi dominicales cũ
ſuis anti. Hymnus Lucis cre
ator: ℣. Dirigatur. Capl'm
ꝛ collec. vt ſupra. Sup mag.
añ Conuentione aũt facta ex
denario diurno miſit eos dñs
in vineam ſuam. Sequentes
anti. dicuntur ꝑ hebdomadã
ſup bened ꝛ mag. quãdo d fe
ria officiuꝫ dicitur añ Quid
hic ſtatis tota die ocioſi rñde
runt ꝛ dixerunt nemo nos cõ/
duxit. añ Dixit paterfamili/
as operarijs ſuis quid h ſtatis
tota die ocioſi. at illi reſpondẽ
tes dixerunt: quia nemo nos
conduxit: ite in vineam meã
ꝛ quod iuſtum fuerit dabo vo
bis. añ. Cum autẽ ſero factũ
eſſet dixit dominus vinee p/
curatori ſuo voca operarios ꝛ
redde illis mercedem. Anti.
Hi nouiſſimi vna hora fecerũt
ꝛ pares illos nobis feciſti qui
portauimꝰ pondus diei et eſtꝰ
Añ. Amice non facio tibi in
iuriam nonne ex denario ꝯue
niſti mecum tolle quod tuum
eſt ꝛ vade. Añ. Dixit autem
paterfamilias amice nõ facio
tibi iniuriam: nonne ex dena/
rio conueniſti mecum tolle qd
tuũ ẽ et vade. añ Non licet mi
hi facere quod volo an oculus
tuus nequam eſt quia ego bonus
ſum dicit dominus. Añ. Sic
erunt nouiſſimi primi ꝛ primi
nouiſſimi: multi enim ſũt vo/
cati pauci vero electi. añ Mul
ti enim ſunt vocati pauci ve/
ro electi dicit dominꝰ Et pſſt
repeti ſi opus fuerit. Feria ſe/
cũda ꝛ per reliquas ferias dũ
de tempe officium dicit legit
nocturnus ferialis ꝛ cetera ſic
hucuſqꝫ Sed lectiones de ge
neſi ꝛ ℟ dicuntur de hiſto/
ria dñicali per ordinem. Lau
des feriales. hymnus et ℣ cã
in laudibus ꝙ in horis ſicut
hucuſqꝫ ſeruati ſunt vſqꝫ in/
uocauit. Capl'm ꝛ coll. de do
minica. Sup bened ꝛ magn.
añ de euãgelio dñicali ꝑ or/
dinem vt ſupra ſignate ſunt.
Preces minores cum pſalmo
Miſerere dicuntur flexis ge/
nibus ad laud ꝛ veſ. vſqꝫ ad
quadrageſimam. Similit ad
preces ſolitas in primis ꝛ cõ/
pleto. additur pſalmꝰ Miſe
rere ꝛ genuflectitur. Ad ceteras
vero horas non dicũtur pces
Sed dum de ſanctis officiũ
dicitur ſiue feſtiue ſiue ferialit
preces in matutinis ꝛ veſpis
omittũtur: ſimiliter ꝛ pſalmꝰ
Miſerere ꝛ genuflexio in pſis

ꝛ compl. Suffragi. ſicut hue-
ſqꝫ. Ad primas ſicut hucuſ-
qꝫ. Ad horas añ capl. ꝛ collc.
per totaꝫ ebdomadã ſicut he
ri. R. et ꝟ. ferial. vt ſ. Ad vſ
pat et ſupradictis. Lcões
Dixit aũt ds ꝑ ebdomad
Fiant luminaria in fir-
mamento celi ꝛ diuidant di-
em ac noctem ꝛ ſint in ſigna ꝛ
tempora ꝛ dies ꝛ annos vt lu
ceant in firmamento celi ꝛ il-
luminent terram. Et factum
eſt ita. Fecitqꝫ deus duo lu-
minaria magna: lumĩare ma-
ius vt preeſſet diei: ꝛ lumina-
re minus vt ꝑeſſet nocti ꝛ ſtel
las. Et poſuit eas in firmam̃
to celi vt lucerent ſup terram.
ꝛ preeſſent diei ac nocti ꝛ diui
derent lucem ac tenebras Et
vidit deus ꝙ eſſet bonũ ꝛ fa-
ctũ eſt veſpe et mane dies q̃r-
tus. Dixit etiaꝫ ds: producat
aqua reptile anime viuentis ꝛ
volatile ſup terram ſub firma
mento celi. Creauitqꝫ deꝰ ce-
te grandia ꝛ omnẽ animã vi-
uentem atqꝫ motabilem quã
produxerant aque ĩ ſpecies ſu
as ꝛ om̃e volatile ſm genꝰ ſu-
um. Et vidit deus ꝙ eẽt bonũ
bñdixitqꝫ ei dicens Creſcite
et multiplicamini ꝛ replete a-
quas maris aueſqꝫ multipli-
centur ſuper terram. Et factũ
eſt veſpe ꝛ mane dies quintꝰ.
Dixit quoqꝫ deus Producat

terra animã viuẽteꝫ in genere
ſuo iumenta ꝛ reptilia ꝛ beſti-
as terre ſcõm ſpẽs ſuas. Fcm̃
qꝫ eſt ita Et fecit deus beſti-
as terre iuxta ſpẽs ſuas iumẽ
ta et om̃e reptile terre in gene-
re ſuo. Et vidit deus ꝙ eẽt bo
num ꝛ ait: Faciamus homi-
nem ad imaginem ꝛ ſimilitu-
dinem noſtram ꝛ preſit piſci-
bus maris et volatilibus celi
ꝛ beſtijs vniuerſeqꝫ terre om̃i
qꝫ reptili quod mouetur ĩ ter
ra Et creauit deus hominem
ad imaginem ꝛ ſimilitudineꝫ
ſuam: ad imaginem dei crea-
uit illum maſculum ꝛ feminã
creauit eos. Benedixitqꝫ ilľ
deus ꝛ ait Creſcite ꝛ mľtipli
camini ꝛ replete terram ꝛ ſub
ĳcite eam ꝛ dñamini piſcibus
maris ꝛ volatilibus celi ꝛ v-
niuerſis animãtibꝫ q̃ mouent
ſuper terram. Dixitqꝫ deꝰ Ec
ce dedi vobis omnem herbã
afferentem ſemen ſup terram;
ꝛ vniuerſa ligna que habent ĩ
ſemetipſis ſementem generis
ſui vt ſint vobis in eſcã ꝛ cun
ctis animãtibꝫ terre omniqꝫ
volucri celi ꝛ vniuerſis q̃ mo-
uentur in terra ꝛ in quibꝫ ẽ a-
nima viuens vt habeãt adve
ſcendum. Et factum eſt ita.
Viditqꝫ deus cuncta que fe-
cerat ꝛ erant valde bona. Et
factum eſt veſpere et mane di
es ſextus Igitur perfecti ſũt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN